

Oratio ad
Omniū sanc



Reuerendissimo in xp̄
Cardinali S. Marci
gnissimo/Christophe

Orationē in Sci
tū stimulo editu
nisi tuo celebratissimo
omnia ⁊ dicavi/ ⁊ del
doctrina/imo virtutū
vt te religiosissimū/ ⁊
obseruem/que inuito
gere posset. Eam igit
pauide in lucem crea
dos latratus ni subre
ciat. Vale Reuerend

147

E.
di
te.
an
m
q̄
⁊
it:
⁊
o
im
ui
pio

duplicada fol. 164.

Oratio ad Juliū Secūdum in Die
Omniū sanctorū in Capella facta.



Reuerendissimo in xpo p̄ri ⁊ dño d. Dñico Grimano S. R. E.
Cardinali S. Marci / Ep̄o Portuen. Patriarche Aquileien. di
gnissimo / Christopho. Marcel. Proto. apo. seruus felicitatē.

duplicada fol. 164.

Orationē in Sctōz oīum die a me habitā pluriū efflagitan
tū stimulo editurus h̄me Car. indecenter quidē facerem
nisi tuo celebratissimo nomini dedicarē : cui iam me totū / mee qz
omnia ⁊ dicaui / ⁊ debere intelligo. Singularis enī virtus tua ⁊
doctrina / imo virtutū ⁊ doctrinaz omniū amplitudo me mouit :
vt te religiosissimū / ⁊ sapientissimū omni tpe colam / venerer / ⁊
obseruem / que inuitos etiā hoīes ad amandū ⁊ predicandū co
gere possit. Eam igit accipe / teqz tanto viro dignā institue / vt im
pauide in lucem exeat / tuiqz splendoris auctoritate suffulta inui
dos latratus nī subterfugere valeat / nō curet saltē / imo despis
ciat. Vale Reuerendissime pater ⁊ felicissime viue.

Christophori Marcelli Protho. apo. in Omnium
sanctorum die Rome in Capella habita Oratio.

Debant maiores nostri beatissime Pontifex na-
talem suum siue diem alium celebraturi in certaminibus
Athletas fortes / Lytharcos insignes / in
concionibus prestantissimos Oratores eligere: quod
virtutes suas et gesta summis laudum preconijis ex-
ornarent. Ideoque miro quodam gentium concursu
visa sunt sepius inundare theatra / constipari pro-
scenia / certatim omnes unus ante alium priores occu-
pare sedes / intentique ora tenentes tanta demum affici voluptate
ut labentia tempora non metirent / omnia ferrent incommoda / neque
unquam saturi inde recederent. At ego ad faustissimi huius Sanctorum
omnium / celeberrimique diei enarrandas laudes destinatus velut cum
rei magnitudine certaturus cuiusnam Athlete robur effingam / quis
mibi dabitur vocis contentus / que facundie vis / qua tuas possim
aures demulcere / tantoque et frequenti consessui facere satis ! Si
quidem aspectus ille tuus diue Julii / Cesareaque maiestas : et res
ipsa : de qua dicturus sum : me admodum terret. Quis enim tam ce-
lebris ingenij : tam prompte : tamque exquisite eloquentie : qui de sum-
mi opificis gloria : de beatorum spirituum gaudijs : de celestium virtutum
prestantia : coram tanto principe : cuius gesta omnem antiquitatem ex-
perant : in sacrosancto non hominum : sed deorum theatro loqui non hor-
reat / non formidet ! Scriptum est enim : *Qui estis : et filij excelsi omnes*
Idque propterea mecum ipse consideras : tanquam equus ad horrenda
precipitia veniens : sepius me inde retraxi. Sed quoniam quorum iussa
capescere fas est : id mihi enixe imponentium auctoritas institit.
Tua presertim benignitate confusus Beatissime pater : salutaris quoque
auram precatus me in tanto rerum pelago nauigaturum exposui.
De deorum igitur et hominum felicitate dicturus Apum suauiores
flosculos delibantium more gratiora pro viribus explicabo. Celestem
regionem dijs et hominibus patriam esse Discorum nemini fere
ambiguum fuisse inuenio : preterquam nonnullis : et paucissimis quidem :
quod ad tantam usque insaniam deuenere : ut neque deum : neque ullam in rebus
providentiam esse putarent. Cuius sententiae ab Euripide factus au-
ctor Sisyphus cum soluta esset : ferarumque more ageretur mortalium vi-
ta : ut ad rectam quandam institutionem metu redigeretur : Deum esse
illis suasum fuisse dicebat : qui minutim circumspectans omnia pro

epicurus

Sisypho

iusticia premia cunctis: aut ultionē impendere. Res profecto in
 sana: neq; hominū ingenio digna fabulamentis quibusdā: et nu-
 gis id velle subtrahere: qd̄ nedū stabili/indubiq; ratione osten-
 ditur: sed etiā pre oculis omnīū: pre manibus exploratissimū ex-
 tat. Videmus enī tanto cum ordine: optimaq; sanctione munda-
 num opificiū regi: tanto cū ornatu: et pulchritudine celos moue-
 ri: sidera corruscare: elementa inuicem concertantia nunq; dimi-
 nuti: tam variā: tamq; multiplicem inde rerū propaginem fieri: vt
 nisi deus sit: qui hec omnia fecerit: vnde veniant: quo pacto sub-
 sistant excogitare nō liceat. Hinc admirabiles rerū affectiones:
 admirabiles animantū vires: hinc omnis intelligētie splendor:
 hinc religio/ pietas/ fides: hinc bene beateq; viuendi modus:
 hinc deniq; virtutes omnes vno agmine proficiscuntur. Ideoq;
 Vates ille rectissime cecinit: Celi enarrant gloriā dei: et opera
manuū suarū annunciant firmamentū. Cuius felicitas quāta sit
 magnitudo/ virtus atq; potestas: quum nulla mens capiat: neq;
 ad minimū quidē intelligere nedum exprimere nō valemus. Si
 enim (vt Platonis vtar exemplo) velut in antro quedā in hoc
 mundo constituti: rerū dūtatur umbras in pariete a medico lu-
 mine decidas: collo/pedibusq; vincti cōspiciamus: quo pacto di-
 uinū illum supercelestis Solis splendorem: infinitā beatitudinē
 exacte perpendere: aut excogitare poterimus? De quo id tantū
 nostre mentis imbecillitate conijcimus: q̄ rem oēm: omnē cogi-
 tatū eruperat: omni potētia maior: omni intellectu diuinior: om-
 ni perfectione prestātor: vnū tantūmodo et bonū a Platoniceis
 appellatus. Huic propius herentes Angeli: alijsq; maiori felici-
 tate potiti sinceris mentibus incessantes gratias agunt: amore
 flagrant: admiratione conspiciūt: letitia iubilant: obseruantia co-
 lunt: acceptā pietatem incredibili affectu custodiūt. Unde scriptū
 est eos diuino solio cateruatim semp assistere: inseruire: aureliq;
 turribus fura suauissime redolentia administrare: excelsi gloriā
 canere: extollere: magnificare. Hi sunt: qui trino felicitatis ordi-
 ne tertio repetito ineffabilem Trinitatē effingūt: singulariq; offi-
 cio diuinā liberalitatē obseruant. Quod enim superiores accipiūt
 (vt fas est: et ad dei nutū) inferioribus exprimūt: intelligentie lu-
 men effundūt: archana dei misteria detegunt: docent: atq; perfici-
 unt. Supremi siquidē ordinis Seraphici spiritus ardent: Che-
 rubici intelligētia splendēt: Throni in sua stabilitate psistūt. In
 medio Dn̄ationes ingenue: Virutes fortes: Potestates or-

Iudicium dei et
 Synt

ps. 18

Sile

angeli

alg. ang. l. a.

f. 4. i. 2e.

sup. ang. l. a.

de. Goren
chy. g. m. d.
7. 5. 30.

de. Goren r. d. y.

nate. In postremo felicia principatuum auspicia: Archangelorum prelia: Angelorum denique legationes: et custodie connumerantur. Felices spirituum nodi: felices gradus: felicia vincula: quibus gloria in celsis canitur: pax in terra diffunditur: dei maiestas colitur: mors pellitur: perennis vita recipitur: ad celestia denique conuolantur. **D**ate sunt superiores Angelis aere: ut eorum lenitate ethereas sedes inhabitent: inferiores: ut ad infima pro reuelatione descendat. **D**ati sunt oculi ut speciosissimam sibi demandatam lucem retineant. **M**odo hominis modo leonis: interdum bouis: et aquile facie describuntur: ut rationis ingenue: fortitudinis prompte: exacte obedientie: prestantissime capacitatis intelligent. **I**nde igneas rotas: igneos vultus: flamigeros flumines: urentes nubes: velocissimas auras: intimum eorum splendorem agilitatem et gratiam preferentes diuinis vatibus legitimus apparuisse. **H**ic sunt angeli: quibus liberatus est **L**oth: seruatus **I**saac: protectus **J**acob: **A**dosus instructus: **B**alaam emendatus: **S**edeon admonitus: **C**enturio reuocatus: sepius castigata **H**ierusalem. **H**ic sunt angeli ex quibus **H**ebreeorum prefectus dictus est **M**ichael: **T**obie custos **R**aphael: **D**eipare virginis nuntius **G**abriel. **H**ic sunt angeli: qui venturum dominum nuntiarunt: pacem dederunt: gratiam coicauerunt: quod in eius natiuitate: in fuga: in reditu: in passione: in morte: in sepulchro: in omni actione et misterio deseruietes semper inuenerunt. **T**ranso alias frequentissimas eorum legationes: et munera. **S**ileo motiones corporum assumptiones. **C**reationem: moras: et dimensiones omitto. **P**retereo prelium in celo factum: **L**uciferi casum: et dulcissima eorum colloquia: aliaque innumerabilia premitto: que si percipere possem: neque dies multi neque noctes in eorum commemoratione sufficerent. **I**d unum silentio non preteribo tantam esse angelorum gratiam: et dignitatem ut rerum omnium conditor: atque saluator: (de quo: partem et imperium super humerum eius) magnam consilium Angelum appellari voluerit. **A**lia deinde celestium recensenda se offerunt agmina ex mortalium animis constituta: qui velut hac in vita pro statute legis obseruantia: pro iusticia: pro dei optimi pietate gessere: ita sunt celestis patrie felicitate donati. **E**is namque datus aereus: data ratio est: qua se ipsos noscere: celestia contemplari: virtutes prosequi: e mortalibus immortales fieri potuerunt. **H**inc ille a **Z**oroastre primus: deinde a **P**latone in **P**hedro anime configuratus currus: geminos habens equos rationales: scilicet et sensualis instinctum: geminas habens alas veritatis: et bonitatis alumnas: mediam aurigam rationem ipsam: que malo suadeat equo: ut quo aere sunt semper in te: illuc una cum bono currum: id est ani-

mā ipsam ad supiora cōducat. Hinc disciplinaꝝ / ⁊ virtutū oīum
 apparatus / hinc brūtudines vobis hodie ab Euāgelista p̄posite
 que ad diuinū intuitū / ad supremā pulchritudinē / ad imensū solis
 splēdorē hoīes inuitāt / p̄parāt atq; deducūt. Harū quedā purga
 torie / eo q̄ a vitioꝝ labe animos purgēt; quedā amatorie sūt ap
 pellate / quibus supne lucis radius diuine liberalitatis officio in
 mēte scintillat. Quū enī ab omni sorde sincerus / nitidusq; fact⁹
 est animus quod rectū est / ⁊ bonū intelligēs amando vebemen
 tius illi coniungit / ⁊ deniq; felici quodā silētio a clara / limpidaq;
 supreme vnitatis noticia irradiatur / dupliciq; ardore vincitur / ⁊
 felicitatē assequitur. Hec amādi virtus est / que virtutes omnes
 amplectitur; quā supereminētē scientie charitatem vocat Apo
 stolus. Sine qua nihil vel prudentia circūspectū haberi potest;
 vel fortitudine firmū / vel iusticia eximī / vel modestia tempera
 tum. Virtute hac orta est / ⁊ confirmata religio / diutius observa
 te leges / veritas intellecta / bonitas profusa / voluptates negle
 cte / tollerata supplicia / sepius expetitus interitus. Virtute hac
 P̄dicōꝝ patrū vota suscepta / P̄phetarū oracula / apostoloꝝ
 voces / Sacerdotū obsequia / Martyrū corone / aliq; innumera
 vtriusq; familie beatoꝝ insignia prodierē. Quocirca primo cum
 sacrificio Abel / Nohe cum archa / Habraam cum vnigeniti ma
 ctandi hostia / cum circumcissione / cum antique legis primordijs
 aliq; patres sua singuli preferentes officia celebrantur. **C**ado
 sem quoq; de monte cum tabulis descendētē inspicio / qui dei
 populū de seruitute redemit / seruauit / ⁊ auxit; diuinas leges ore
 dei acceptas edocuit / acerrīa flagella hostib⁹ suis inflixit / pluen
 tem de celo cibum obtinuit. Ad huius libitum scatebant fontes /
 cedebant maria / fere parebant / populi consternebantur / cuncta
 deniq; suo subdi videbantur imperio. Subit preterea magnus il
 le sacerdos Aaron / Samuel / Eliachim / aliq; plurimi sacroꝝ mi
 sterioꝝ ministri. Subeūt Reges / subeūt principes / quoꝝ poten
 tissimus Josue / Judas machabeus p̄ssimus / charissimus deo
 Dauid / sapiētissimus Salomō / ceteriq; lōgo agmine recēsendi
 succedūt / qui toties cū egyptijs / cū assirijs / cū chananeis ⁊ amo
 reis alijsue gētib⁹ magno copiaꝝ discrimīe cōgressi felicissima vi
 ctorie isignia deportarūt. Admirabile p̄fecto est; ⁊ penitus incre
 dibile minutū pplm; imbecillē; ⁊ fere inermē; nisi diuis virib⁹ ad
 iutū validissimas hostiū acies iuadere; sustinere; cōfligere potuis
 se. Quis putasset mulierculā nisi diuino numine cōcitatā medios

uirtus

amato

hary

Moyse Land

scit

reges iudice

iudice

transire per hostes: ad Impatoris tentoria penetrare: arrepto
gladio caput eius abscindere: tutā redire: ab iminenti excidio pa-
tria liberare: Quis cogitasset ad mortalium nutum Solem ipsum
nō tantū a rapidissimo & assueto cursu desistere: sed etiā magno
temporis spacio ad contrarios fines inflecti: & retrocedere po-
tuisse: vt alteri confugendoꝝ hostiū tempus suppeteret: alteri
prozogande vite certissimū daretur iudicium. Sileant Romani:
Sileant Greci: Laceant Perse: quū nulla vnq̃ militia similis
vīsa sit: neq̃ vsq̃ inuentū Imperiū: quod nedū fauentibus: sed
ad libitū deseruentibus astris tam felices sibi pararet exitus: vi-
ctorias atq̃ triūphos. **O** Prophetarū deinceps egregia q̃s pos-
set cōmemorare facinora: vaticinia referre: Appollineū furorē:
Palladiani intelligentiā: fatidicam san ctimoniā percipere: aut
verbis exprimere: Quid enim diuinius q̃ ab Isaia predictum:
quid certius exploratum: quid de singulis Xpi misterijs clarius
presagitū: Tāto huic pre alijs deferendū existimo: q̃to solus in-
ter Euāgelistas cōnumerari potuerit: auctore Hieronymo: eiq̃
soli Seraphicorū spiritūū ordines apparuere. Quid de Helisco:
Ezechiele: Hieremia: Daniele: alijsq̃ .xij. decantatis vāribus
referendū: quū de illis pro dignitate loqui neq̃ lingue: neq̃ ani-
mi vis: neq̃ sp̃is angustia patiat. Videte s̃n̄ videoꝝ Beatus me
Pont. q̃ tubis aureis omnes maximū Impatoris aduentū re-
sonant: maximū: expectatissimūq̃ triūphū annunciat: strident:
exclamāt. Quē Helias (vt alios faceamus) post optimā vite cō-
suetudinē: ingentiaq̃ facta miracula: oīum spectātibus oculis: ig-
neo curru in celū deuectus p̃figurasse credit. Post hos precur-
sor dñi seq̃ longe alijs vāribus dignitate: grā: & feritate iupior.
Ilic ad vias dñi preparādas accessit: venturū agnū p̃dixit: exco-
luit: adorauit. Venturū regē: pacificū dei filiū: patrie liberatorē
voce: spiritu: actiōe: vita: sanguine: interitū prenūciauit. Ideoq̃
diademate aureo insignitus incedēs: crucigerū ferēs agnū a gē-
tibus stipatus vndiq̃ sciscitabat: an ipse esset: qui venturus erat
an aliū expectare deberēt. **O** Florētissimi deinde religionis nr̃e
cultores apli subeūt cādido amictu induti: lauro coronati: oleaz
ramos in manib⁹ ferētes: aureo baltheo p̃cincti: in sole ex auro
cōtecto crucis signū in pectore portātes: s̃ma cū exultatione ca-
nētes gl̃iam deo: & agno: qui humanū genus a morte ad vitā: a
seruitute ad libertatē suo iure deduxit. Ili sunt apli: qui nullis ar-
mis: nulla vi: nullo gentiū apparatu: sed sola voce totū terrarū or-

Jo. Sue. 10

carbis.

ph̃e

Helial

carbis

apli

bem ad sua vota cōpellere potuerūt. **H**i sūt: q mortalib⁹ gaudiū
 annūciarūt: pacē dederūt: grām cōicarūt. **H**i sūt: q neglecti for-
 tune bonis Adille iniuriarū grā passi pro dei optimi pietate mori
 intrepide nō dubitarūt. Inter q̄s splēdidiores duo: altioriq; cer-
 nice p̄cedere visi sunt. **Q**uorū alter ethereus ille clauiger p̄ncipi-
 patū obtinuit: cui reserādi: et claudēdi celi data ptās: animorūq;
 sacratissimū iniūctū imperiū. **H**ic celestis militie ductor: ecclie ca-
 put: vtriusq; felicitatū nodus: nexūs: et copula. **A**lter acerrimus
 imprimis xp̄iani nois hostis: mox ardētissimus fautor: ppugna-
 tor: atq; defensor: qui pro fidei ardore mille mortes quotidie ir-
 ruebat: quotidie imolabat: dissolui summope cupiebat. **F**lamq;
 vrentissimo charitatū igne cōflagrās se nō amplius: sed xp̄m suo
 in pectore viuere p̄stebat. **D**eniq; mortalis in celū raptus: que
 vitā suspiciūt alij: clarissime quāta sunt alteri⁹ vite bona conspexit.
In hoz medio cōstitutus Rex ipse sūmus aureo curru sedēs in-
 uectus: purpurā auro cōtertia indutus: triplici diademate coro-
 natus: **C**rucis verillū sinistra tenens: dextera fulgidū celi globū
 porrigēs totū illustrabat orbem: vita replebat: gloria: et felicitate
 donabat. **C**urrus vero a quattuor alatis: et fulgētissimis equis
 miro quodā ordine ducebatur. **R**egis lateri hērebat virgo illa
Deipara filij triūpho magnificata congaudēs: iubilās: exultās.
Huic q; regia maiestas erat: regius amictus: imperiū regū: for-
 ma: virtus: atq; ptās. **A**n̄te currū aurea imensū ponderis phiala:
 aurei calices: auree patine: ethereus panis: et aliq; noui sacrificij
 noueq; militie insignia asportabantur. **P**recedebāt q; debellati
 hostis tumidi fasces: ipseq; mellequebat fusca veste amictus: ca-
 tenis vinctus: magno lugentiū agmine comitatus: p̄pter magni-
 tudinē malorū ad oīa trepidus: ac mēte turbatus. **P**ost **R**egis
 currū q̄ttuor p̄spicacissimi rerū gestarū scribe: totidēq; diuini suc-
 cedebāt interp̄tes. **H**os vero splēdidissime **M**artyrū legiones
 sequūtur: qui victrices palmas sanguine resperfas manibus ferē-
 tes sub tāto **R**ege egregiā gessisse militiā: tātoq; interesse trium-
 pho summope gloriānt. **N**eq; minus exultāt sequentes virginū
 turme: que accensis lāpadibus decorē suū feliciter p̄seferētes:
 sūmis laudibus triūphātis **R**egis gliam prosequūtur. **I**dipsum
 p̄ssimorū **S**acerdotū copie: **P**ontificū acies: **C**ōfessorū cohor-
 tes. **I**dipsum **R**eges: et **P**rincipes exequūtur: qui virtute: inge-
 nio: viribus: armis xp̄iane reipub. iura tutati sunt. **Q**uorū vnus
 es tu gloriosissime **P**ont. qui nullis vnq; laboribus: nullis vigi-

petz

3
xps

virgo. h.

euangeli

inartres

virginul

cofessorul

lqs/nullis opibus/neqz proprie saluti pro ecclesiastica libertate ser-
uanda/illiusqz augendo impio peccasti. Quinimo erecti tui animi
magnitudine/qd officij auctoritas prestare no potuit/sumo cum
vite periculo armis sepius succedere coegisti. Credo equide te
unicu in terris diuina pudentia datu esse Pont. vt velut alter
Julius Cesar ferocissimaz gentiu furore extingueres/in seruitu-
tem pene redacta Italia liberares/declinantia xpi vexilla erige-
res/tuoqz felici ductu z auspicijs longe lateqz Romanu propa-
garet imperiu. Hec beatorz militia felix/hec victoria/bic ille triu-
phus/in cuius hodie memoriā tanto cum apparatu solemniter ce-
lebramus. O beate hoium cure/felices labores/fortunate vigi-
lie/o suauissima tormenta/tutissima pericula/ o viuacissime mor-
tes/ qbus tam amplu/tam splendidu/tam deniqz faustissimu me-
ruistis habere triumphu. Adortales quu essemus cuncti hac pre-
stantissima militia imortales efficimur/quu obscuri/splendidi/quu
infimi/supremi/quu terreni/celestes. Hic pulcherrimus virtutu
ager/qui du colitur/largissimā frugem colligendā prestat in ce-
lis. Tutā hec peregrinatio / que ad salutis portu certissime diri-
git. Tutu iter/tutus ascensus/tuti labores/qui perpetuā quietē
perennes vite thesauros/ imarcessibile glorie felicitatem nra no-
bis in patria pollicent. Hinc igitur illuc pro viribus sugendum/
ibi nra speranda sunt omnia/ibi principatus/ibi regna/ibi opes/
ibi felicia/z nunqz desitura premia possidēda. Ea vero facile cō-
sequemur Beatissime Pont. si nobis bene beateqz viuēdi vn⁹
sit ipiritus/vna mens/vna volūtas/si cōcordes z vnanimes ad-
uersus impios virtutu omniu z xpiani nominis hostes totis viri-
bus irruamus/ si xpianam rempub. indiscissam seruabimus/ si ecc-
lesie iura tuebimur/ si hac in vinea luxuriantes vites amputabi-
mus/si serpētū tabido veneno cūcta inficientiu colla suppressim⁹
calcabimus/ excidemus. Accinge te igit inuictissime Pont. ad
felicissimu bellu accinge/acerrimos dei hostes extermina/ cōsun-
de/disperde/vulnerataqz z fere dissipatam sponsam tuā restitue:
tuūqz imo xpi saluatoris Imperiu amplia/ coniunge/ confirma:
vt deniqz laudabili hac pietate belli altare non ex sectis/sed inte-
gris/z immaculatis lapidibus dño cōstruas/ diuinaqz virtute tua
sapientia / z animi fortitudine perpetuo in celis valeas gaudere
trumpbo.

DXXJ.